Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8279
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptacionem. Sed libera nos a malo. Amen.

Libera nos quesumus domine ab omnibus malis preteritis presentibus et futuris et intercedente beata et gloriosa semperque virgine dei genitrice maria et beatis apostolis tuis petro et paulo atque andrea cum omnibus sanctis tuis da propicius pacem in diebus nostris ut ope misericordie tue adiuti et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbacione securi. Per eundem dominum nostrum ihesum xpm filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.